



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd mariti vxores suas ex suspicione accusare possint. xxxvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

De illis qui conuicti fuerint fratribus, falsa crimina obieciſſe. Cap. XXXIIII.

EOS, qui fratribus ſuis capitalia crimina obieciſſe conuicti fuerint, placuit uſque ad exitum non communi- care, niſi digna ſatiſſactione pœnituerint. *Ex cœcil. Agathē; cap. 6.*

De illis teſtibus, qui aliquem ex ſacro ordine accuſare per- tentant, & ut quiq; optimi, & fideliores in teſtimo- nium aſſumantur. Cap. XXXV.

Placuit ſancto conuentui, ut teſtes ad teſtimonium di- cendum precio non conducantur, & ut quiq; optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur, ut is contra quem teſtimoniare debent, nullam eis infamiam poſſit inferre, & ut nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus. *Ex cœcil. Matifcē. cap. 5.*

Ut nullus ſecularis alicui ex clero vim inferre præſumat. Cap. XXXVI.

Quicumque iudex aut ſecularis preſbytero, aut dia- cono, aut cuiſlibet ex clero, aut de iunioribus abſque audientia epiſcopi, vel archidiaconi, vel archipreſbyteri, iniuriam inferre præſumpſerit, anathema habeatur. *Ex cœcil. apud The- odonis uil- lam habi- to, ca. 10*

Quid mariti uxores ſuas ex ſuſpicionem accuſare poſſint. Cap. XXXVII.

Maritis ſanè etiã ex ſuſpicionem uxores accuſare per- miſſum eſt, & ipſi plus cæteris de adulterio, & accu- ſare poſſunt, & defendere. *Ex cœcil. Pariſiēſi, cap. 3.*

FINIS Libri decimiſexti.

## INDEX CAPITVLO- rum Libri Decimiſeptimi.

- D E muliere, quæ cum duobus fratribus fornicata eſt. Caput i.  
De eadem re. ii.  
De illo qui cum duabus ſororibus fornicatus eſt, quarum vna uxor fuerat. iii.

HH ii